



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 De his, quæ pertinent ad hominem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

diatē continentis habet, q̄ sit locus ex ordine ad primum continens, vnde accipitur idem locus fm eundem situm ad primum continens, & propter hoc locus est immobilis. Secundum ergo hāc opinionem, quæ vera est, necessitas exeundi in loco conuenit corpori ex hoc, q̄ dependet a primo continente, & propter hoc primum continens non est in loco nisi per accidens, & secundum partes, vt dicitur in 4. Physic. Angelus autem non dependet a primo continente, nec etiā corpus gloriosum, quod perficitur per aīam ex diuina fruitione beatificatā, & ideo nulla necessitas est, q̄ corpus glorificatū, aut angelus ab aliquo locali corpore peccatur: & propter hoc nihil prohibet corpus glorificatū, vel etiā angelum in conuexo cœli empyrei esse.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ verbum illud Ansel. intelligendum est in vi affirmationis. Non enim possibile est, q̄ aliquid sit in nihilo tanq̄ in continente: sed iste intellectus non facit ad propositum.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio ista procedit de corpore dependente a primo continente.

QVÆSTIO III.

DEINDE quæsitum est de his quæ pertinent ad hominem.

¶ Et primò, De spiritualibus.

¶ Secundò, De corporalibus.

¶ Circa spiritualia quæsitum est.

¶ Primò, De sacramentis.

¶ Secundò, De virtutibus.

¶ Tertiò, De peccatis.

¶ Circa sacramenta quæ sita sunt duo de baptismo.

¶ Primò, De necessitate baptismi. Vtrum scilicet puer qui nascitur in deserto, vbi nō potest aqua haberi, moriens sine baptismo saluari possit in fide matris fidelis.

¶ Secundò, De impedimento matrimonij, quod provenit ex baptismo. Vtrum si Christianus qui baptizatur Iudæam, cui primo dederat fidem de contrahendo si baptizaretur, cognoscens eam postea carnaliter consummet matrimonium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum puer in deserto natus, possit absque baptismo saluari in fide parentum.

3. p. q. 68. ar. 2. o. & q. 72. ar. ad. 1.

CIRCA primum sic procedebatur. Videtur q̄ puer in deserto natus possit absque baptismo saluari in fide parentum. Non enim est minoris efficacix fides tempore gratix, quam tempore legis naturæ: sed tempore legis naturæ saluabatur pueri in fide parentum, vt Gregorius dicit, ergo etiam nunc tempore gratix.

¶ Præter. Per Christum non est arctata hominibus via salutis, cum ipse dicat Ioā. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant: sed ante Christi aduentum saluabatur aliqui pueri in fide parentum, ergo multo magis nunc post Christi aduentū.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum.

RESPON. Dicendum, quod ab illa damnatione, quam humanum genus incurrit pp peccatum pri-

mi parentis, nullus potest liberari, nisi per Christū, qui solus ab illa damnatione immunis inuenitur, ita scilicet vt ei incorporetur sicut capiti membrū: hoc autem tripliciter fieri potest. Primo quidem per susceptionem baptismi, secundum illud ad Gal. 3. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Secundo, per sanguinis effusionem propter Christum, quia per hoc etiam aliquis passioni Christi conformatur, a qua efficaciam sortitur baptismus. Vnde dicitur de martyribus Apoc. 7. q̄ la uerunt stolae suas in sanguine agni. Tertio modo, per fidem & dilectionem, secundum illud Rom. 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata, & Act. 15. dicitur Fide purificas corda eorum. Et per fidem Christus habitat in cordibus nostris, vt habetur ad Eph. 3. Vnde & ipse baptismus dicitur fidei sacramentum & secundum hoc dicitur esse triplex baptismus, scilicet aquæ, spiritus, & sanguinis, quia alia duo suppleunt vicem baptismi aquæ, si tamē ad sit propositum suscipiendi talem baptismum, ita, q̄ articulus necessitatis, non autem cōtempus religionis sacramentum excludat. Manifestum est autem, q̄ in pueris nondum habentibus usum rationis, non potest esse motus fidei, & dilectionis, aut p̄ positum suscipiendi baptismum, & ideo non possunt saluari, nisi per baptismum aquæ, vel per baptismum sanguinis, si propter Christum occiderint, ex quo non solum Christiani, sed etiam martyres fiunt, vt August. dicit de Innocentibus. Et sic patet, q̄ ille puer in deserto moriens sine baptismo, salutem non consequitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fm quosdā tempore legis naturæ non sufficiebat ad salutem paruulorum solus motus fidei in parentibus, sed requirebatur aliqua exterior protestatio fidei per aliquod sensibile signum. Et secundum hoc nihil differebat id, quod tunc requirebatur ab eo, q̄ nunc requiritur ad salutem, nisi q̄ nunc illud signum sensibile est determinatum, tunc erat indeterminatum, & pro voto adhibebatur. Alorum opinio est, q̄ solus interior motus fidei relatus ad salutem pueri sufficiebat ad salutem pueri, nec tñ nunc diminuta est fidei virtus, sed augmentatur gradus salutis, quia nunc qui saluantur per Christum, statim introducuntur in regnum cœlorum, quod tunc non erat: vnde nō est inconueniens si ad hoc amplius aliquid requiratur, scilicet baptismus, vt dicitur Ioan. 3.

AD SECUNDUM, dicendum, q̄ per Christum in hoc ipso est ampliata hominibus via salutis, q̄ nō per cum aperta est, eis ianua vitæ æternæ, quæ ante clauā erat per peccatum primi parentis.

ARTICVLVS V.

Vtrum possit esse matrimonium inter Christianum, & Iudæam baptizatam ab eo, quam &c.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur q̄ non possit esse matrimonium inter Christianum, & Iudæam baptizatam ab eo, quam carnaliter cognouit post fidem de contrahendo datam. Dicitur enim in Decretis 30. q. 1. q̄ filius sacerdotis non potest ducere in vxorem puellam, quam pater eius baptizauit, ergo multo minus, si ipsemet baptizasset eam, non posset eam habere in vxorem, si ergo iste Christianus baptizauit Iudæam, nō potest eam in vxorem accipere.

SED CONTRA est, quia secundum iura, quando post fidē datam de contrahendo per verba de futuro, sequitur copula carnalis, est matrimonium præsumptum.

sumptum præsumptione iuris, contra quam non admittitur probatio: sed ita est in proposito. ergo est verum matrimonium.

RESPON. Dicendum, q̄ spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Manifestum est autem, q̄ ex hoc, q̄ Christianus baptizavit Iudæam, contrahitur inter illos spiritualis cognatio, quia illa fit filia eius spiritualis, unde nullum est matrimonium sequens, etiam si expresse contrahat per verba de præsentibus, & etiam subsequatur carnalis copula.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam q̄ dictum est de præsumptione iuris, intelligendū est quando non interuenit aliquod impedimentum matrimonij.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quaesitum est de virtutibus.

¶ Et primo quantum ad fidem, Vtrum. scilicet certitudo adhaesionis, quæ est in hæretico, vel malo catholico, sit actus ipsius fidei virtutis.

¶ Secundo, De quibusdam pertinentibus ad religionem, siue ad latrām.

¶ Tertio, De quibusdam pertinentibus ad charitatem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum certitudo adhaesionis in hæretico, vel malo catholico sit actus fidei virtutis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ certitudo adhaesionis in hæretico, vel malo catholico sit actus fidei virtutis: quia secundum Philosophum. 2. Ethic. Tria sunt in anima, potentia, passio, & habitus: sed illa certitudo adhaesionis non potest attribui potentia, quia est meritoria, vel demeritoria: potentia autem non meretur, neque demeretur: similiter non potest pertinere ad passiones, quia passiones pertinent ad appetitum sensitivum, qui non potest extendi ad hoc, q̄ inhæreat veritati diuinæ. ergo relinquatur, q̄ pertineat ad aliquem habitum: sed habitus ad quem pertinet certitudo adhaesionis, est virtus fidei. ergo certitudo adhaesionis in hæretico, vel malo catholico est actus ipsius fidei.

¶ 2. Præter. Omne quod agit ad similitudinem alicuius, videtur agere in virtute illius: sed hæreticus per certitudinem adhaerens his, quæ credit, agit secundum similitudinem fidei, cui in tantum certitudinaliter inhæret, in quantum estimat se rectam fidem habere. ergo operatur in virtute fidei, & ita videtur, q̄ illa certitudo adhaesionis sit actus virtutis fidei.

¶ 3. Præter. Tota firmitas spiritualis edificij est a fide, secundum illud Matth. 7. Venerunt flumina, flauerunt veti, & non potuerunt mouere ea. Fundata. n. erat supra firmam petram, scilicet supra fidem: sed certitudo adhaesionis ad firmitatem spiritualē pertinet. ergo est actus virtutis fidei.

SED CONTRA. Quod non est, non potest agere: sed in hæretico, vel malo Christiano non est virtus fidei. ergo certitudo adhaesionis non potest in eis esse actus virtutis fidei.

RESPON. Dicendum, quod si aliquis id, quod est commune multis, accipiat vt proprium vni, necesse est, quod decipiatur. Certitudo autem adhaesionis non est propria virtutis fidei. Primo quidem, quia conuenit virtutibus intellectualibus, puta, sapientiæ, scientiæ, & intellectui. Secundo, quia conuenit non solum fidei veræ, sed etiam falsæ. Sicut enim est opinio vera, & falsa, ita &

A fides, nec minus firmiter inhæret alijs veritati, q̄ falsitati, vt Philosophus dicit in 7. Ethic. Tertio, quia certitudo inhaesionis non semper provenit ex aliquo habitu: sed ex proprio arbitrio aliquis potest assensum suum firmare ad aliqd verum, vel falsum antequam habeant habitum. Quarto, quia certitudo inhaesionis non solum cōpetit fidei formate, quæ est virtus, sed etiam fidei informi, quæ non est virtus. ¶ Dicendum est ergo, quod in hæretico certitudo inhaesionis est actus falsæ fidei, in malo autem catholico est actus fidei informis: & sic in neutro est actus virtutis fidei.

B AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ diuisio illa datur de his quæ sunt in anima p̄ modum principij actus. Nā omnis operatio aīe aut est ex aliqua passione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potentia, hōi autem certitudo inhaesionis non potest esse ex passione. In malo aut catholico est ex habitu fidei informis: sed in hæretico est vel ex habitu peruerso fidei, vel ex pura potentia, sicut in principio anteq̄ habitum acquisiuerit: non enim potest dici q̄ peruersa fides sit habitus infusus. Quod autem dicitur q̄ potentia non meretur, neq; demeretur, si sic intelligatur, q̄ non meretur, neq; demeretur hoc ipso, quod habemus potentia, verum est. Si autem sic intelligatur, quod pura potentia non potest esse principium merendi, neque demerendi, verum est quantum ad meritum, quod non potest esse sine gratia. Non est autem verum quantum ad demeritum: alioquin ille qui a principio peccat, antequam acquirat habitum virtuosum, non demeretur.

C AD SECVNDVM dicendum, q̄ aliquid potest agere fm̄ similitudinem alicuius dupliciter. Vno modo, fm̄ similitudinem veram, & sic vere agit aliquo modo in virtute illius. Alio modo, fm̄ similitudinem apparentē, & sic agit in apparentia virtutis illius, & ita est in proposito: unde in hæretico certitudo adhaesionis est actus fidei apparentis, non autem fidei veræ.

D AD TERTIVM dicendum, quod sicut ex fide vera dependet firmitas spiritualis edificij, ita etiam ex fide falsa procedit firmitas diabolici edificij.

QVAESTIO V.

DEINDE quantum ad actus latric, siue religionis quaesita sunt quatuor.

¶ Primo, De celebratione festorum, vtrum scilicet liceat celebrare festum conceptionis Domine nre.

¶ Secundo, De solutione officiorum, vtrum. scilicet clericus habens beneficium cum cura, vel sine cura existens in scholis teneatur dicere officium mortuorum.

¶ Tertio, De collatione beneficiorum, vtrum scilicet episcopus teneatur dare beneficium meliori.

¶ Quarto, De solutione decimarum, vtrum. scilicet pauper teneatur decimas dare diuiti sacerdoti.

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat celebrare conceptionem Domine nostre.

E AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ liceat celebrare cōceptionē Domine nostre. Si. n. non liceat, hoc non est nisi quia fuit concepta in originali peccato: sed non fuit cōcepta in originali peccato, vt videtur quia Beata Virgo facta est, vt speciali modo eēt habitaculū Dei. ergo debuit ad hoc specialiter preparari: non autem preparata est speciali-